Secundo ſciendum eſt q̃ prim. mod. huius fallacie pueniit ex eo q̃ aliq̃ oratio vna ſm ſubſtãtiã ⁊ modũ pferẽdi eque primo habet plures ſenſus. vt hec oro. cecũ ꝯtigit videre. hz duos ſenſus. vnus eſt q̃ contigit q̃ aliqs videat cecũ Alius eſt. ꝯtingit q̃ cecus videat aliquẽ. Siliſ hec oratio. contingit tacẽtẽ loqui. hz duos ſenſus. vn. ẽ q̃ ꝯtingit q̃ tacẽs loquat. Alius ẽ ꝯtigit q̃ aliquis dicat aliq̃ rẽ eſſe tacẽtẽ. ⁊ iſte eſt ver. Et põt ſic palogizari. quẽcũq̃ ꝯtigit dicẽ cõtigit log. tacẽtem ꝯtigit dicere. g̃ ꝯtigit tacẽtẽ log Et ſoluitur p diſtictionẽ orõnis. tacẽtẽ ꝯtigit log. ¶ Et ẽ aduertẽdũ q̃ ſm hũc modũ oẽs ppões i quib. ponitur ablatiu. in deſignatõe ꝯñe ſũt diſtiguẽde. ſicut iſta oro. nullo hoĩe currẽte tu es aſin. ſm q̃ põt reſolui p duas aut tres ꝯiũctiões ⁊ aduerbiũ tpale. ſ. per dũ per ſi vl' per q̃. Siliſ debẽt ppões in q̃bus ponũtur gerũdia ablatiui caſus diſtigui penes iſtũ modũ ſicut iſta oro. neutr̃ oculũ habendo tu potes videre. q̃ illa põt eẽ ꝯditiõalis cauſalis vel tpalis: Et ſiliſ ad hũc modũ reducũtur oẽs orones que ſic ſe hnt q̃ hnt diuerſas ſẽtẽtias pp diuerſas habitudines dictõis regentis ad dictionẽ rectã. ſicut illa oro. liber ariſto. Et ad hoc facilius cognoſcendũ ponũtur alique regule ¶ p. 4 eſt. quando plura noia eiuſdẽ caſus quorũz vnũ nõ eſt determinatio alterius ſequũtur vl' p/cedũt aliquod verẽ q̃ põt eodẽ mõ regere vt ac ⁊ iter illa noia ponit infinitiu. illa oro ẽ diſtinguẽda ſm pdictum modũ. vt hec oro. Audio grecos viciſſe romanos. hz duos ſenſus. vnus ſẽſus eſt. audio q̃ greci vicerũt romanos. Alius ẽ. audio q̃ romani vicerũt grecos. Et ſiliſ dicendũ eſt de hac orone. vellẽ me accipere pugnãtes. ⁊ ſic de ſiliſ. ¶ z. 4 regula eſt. oĩs oro in qua ponitur actus cuz infinitiuo regẽte accuſatiuũ a pte poſt eſt diſtiguẽda ſm hũc modũ eo q̃ poteſt regi a pte ãt vel a pte poſt vt ꝯtigit cecũ videre. ¶ z. 3 regula ẽ. omnis oro in qua ponitur dictio excluſiua cũ mõẽ diſtiguẽda ſm hũc modũ eo q̃ põteẽ excluſiua vl' de excluſo ſubiecto vl' de excluſo predicato. Nã ſi ẽ de excluſo pdicato vt in iſta. tm̃ deũ eſſe eſt neceſſariũ. ſẽſus eius ẽ. tm̃ hec ppoſitio deus ẽ ẽ neceſſaria. ⁊ ille eſt falſus. Si aũt ſit de excluſo ſubo tẽ eſt ſenſus. hec ppoſitio eſt neceſſaria. tantũ deus eſt deus. ⁊ ille ſenſus ẽ ver. Eodẽ mõ dicẽdũ ẽ d iſtis. tantũ hoiem eẽ fortẽ eſt verẽ. tantũ albũ eſſe nigrũ ẽ ipoſe. tantũ hoiem eẽ aſinũ ẽ falſũ. ¶ 4. 4 regula eſt. quãdocũq̃ accipitur modus cum aliq̃ dicto i aliq̃ ppõe illa põt diſtingui penes hũc modũ. vt hec oratio. tacentez ꝯtingit dicere. ſm q̃ ly tacentẽ ꝯſtruitur ante infinitiuũ habet duos ſenſus. vnus ẽ hec eſt contingẽs. tacẽs loqtur. Alius ẽ hic demõſtrando illũ. ſ. qui tacet loquitur. Et eodẽ mõ dicendũ eſt de iſtis. poſe eſt ſedẽtẽ nõ ãbulare. poſſibile ẽ non ſcribentẽ ſcribere. ¶ 5. 4 regula eſt. q̃ñ in aliqua ppõne ponitur aliquis modus mediante aliquo verbo ⁊ mediante iſta coniunctione q̃. illa ppoſitio eſt diſtinguenda ſm hunc modũz. vt iſta ppoſitio. poſe eſt q̃ album ſit nigrum. hec ppoſitio habet duos ſenſus. vnus eſt. hec eſt poſſibilis. album eſt nigrum. alius eſt. hec eſt poſſibilis. hoc eſt nigrum demonſtrando p ly hoc illõ quod nũc eſt album. ¶ 6. 4 regula eſt. quando dictũ alicuius ppõnis ponitur cum aliquo modo mediante aliquo verbo bis ſumpto ſignificante actum humanum illa propoſitio eſt diſtinguenda ſecundum hunc modum. vt hec oratio. quicunq̃ dicit te eſſe animal dicit verum. habet duos ſenſus. vnus eſt. quicunq̃ dicit hanc propoſitionem tu es animal dicit verum. ⁊ iſte ſenſus eſt verus. Alius ſenſus eſt. quicunq̃ dicit aliquam propoſitionem antecedentem ad iſtam. tu es animal dicẽ verẽ. ⁊ iſte ſenſus eſt falſus. nam qui dicit te eẽ aſinum non dicit verum. ⁊ tñ dicit vnam ppoſitiõez antecedentem ad hanc. tu es aſinus. ¶ Septima regula eſt que includit multas partiales. et eſt

ista. qñcũq; inter duos terminos ĩ aliq̃ ꝓpõne positos repitur aliqua cõiunctio ꝏditionalis copulatiua disiũctiua vl cauſalis aut aduerbiũ locale vl tpale. talis ꝓpõ distinguit. dz. eo q; ipa põt esse ypothetica vel de ypothetico subo. et si ponat disiũctio disiũctiua illa põt eẽ disiunctiua vl de disiuncto extremo. Et q̃uis multe p̃dictaꝝ ꝓpõnũ possit distingui ꝑm ꝏpositionẽ z diuisionẽ vt postea patebit. ñ ẽ tñ incõueniẽs eas distigui penes ãphibologiam cũ i eadem oratione possit cauſari due tres vel aliquãdo omnes fallacie.

Tertio sciẽdum ẽ q; ſecundus modus huiꝰ fallacie ꝓuenit ex eo q; aliqua oratio actualr vna ꝓpzie bz vnũ ſenſũ z ꝑ ꝓtute ſermonis. ſz ex vſu loquẽtiũ accipit seu trãſumit ad ſignificandũ aliã ſentẽtiam ſicut hec ꝓpõ. lupus ẽ in fabula ꝓpc ſignificat q; deceptio est ĩ lupo z transumptiue ſignificat q; iniquus accedit vl audit fabulã. Sil'r hec oratio. littus aratur. bz vnum ſẽſum ꝓpũ z aliũ trãſumptiuũ. z ꝑm hũc modũ ſic paralogizatur. qcqd aratur aratro ſinditur. ſz littus aratur. g̃ littus aratro ſindit. minoꝝ eni est duplex qz vl illa oratio accipitur ĩ ſenſu ꝓprio z ſic illa ꝓpositio ẽ falſa. z bene ſegtur ꝏ vl accipit in ſenſu trãſũptiuo z ſic ẽ ꝛa ſz nõ ſegtur ꝏ vnde litꝰ arari trãſũptiue ẽ opaz pdi. Et ſecũdũ quoſdã ad hũc modũ reducende ſũt oẽs orationes que ꝓprie ſignificãt vnũ. z ipropzie ſiue ꝑz vſũ auctoꝝ aliꝏ ſignificãt. vt ſortes ẽ ĩ ſcipo. z hic modus ꝓportiõabil'ẽ zꝰ mõ fallacie equocatõis. ¶ 3ꝰ modus hꝰ fallacie ꝓuenit ex eo q; aliqua oratio ꝓ ſe ſũpta non bz niſi vnã ſẽtentiã. tñ ꝓp ꝗ; additur ei aliqua dictio bz plura ſignificata. vt hec oratio ſeculuz ſcit tñ bz vnũ ſignificatũ. ſ. q; ſeculũ bz ſciaz ꝏ aliquo Et ſi dicatur ſeculũ ſcit ꝗ. bz alium ſẽſũ qz ſenſus ẽ q; ꝗ bz ſciaz de ſeculo z est ꝑmꝰ ſenſus. Alius est q; ſeculum bz ſciaz de ꝗ. Et iſte modus huiꝰ fallacie ꝓportonabil' est tertio mõ fallacie equocationis quia ſicut in tertio modo equocatiõis aliqua dictio per ſe ſumpta habet tantũ vnum ſignificatũ ſed cũ additur alteri efficitur multiplex z plura ſignificat. ita tertiꝰ modus huiꝰ fallacie ẽ cũ aliqua oratio ꝓ ſe ſũpta bz tñ vnam ſententiã ſed cũ addit ei vna dictio ipa habet plures ſentẽtias.

Sed contra p̃dicta arguitur. primo ſic. In fallacia cõpõnis z diuiſionis z multis alijs ẽ dubia ſentẽtia. g̃ fallacia amphibologie nõ ẽ ab alijs diſtincta. ¶ zꝰ arguitur ſic. ãphibologia z equocatio bñt eoſdẽ modos. gꝰ ñ ſt fallacie diſtincte. ¶ 3ꝰ arguit ſic. multiplicitas huiꝰ oratiõis oẽs aſini ſũt epiſcopi. vl huiꝰ ꝓpõis boies z aſini ſũt aſini ꝓuenit ex pte accidẽtis vniꝰ dictiõis. gꝰ ipa nõ est diſtinguẽda ꝑm ãphibologiã ſz ꝑz equocatiõez. añs pz qz multiplicitas nõ ꝓuenit ex pte caſus ꝑz quã ly epi põt eẽ genitiui caſus vl noiatiui. ¶ 4ꝰ arguitur ſic. vna oratio tñ ſignificat ꝏpõnẽ ſuoꝝ extremoꝝ. ſz ꝏpõ extremorum ꝓpõnis ẽ tñ vna oratio. qz duoꝝ ẽ tñ vna ꝏpõ. ergo nulla oratio principaliter ſignificat plura qꝏ est contra primum modum.

Adrõnes Ad ꝑmã dr q; nõ q̃libet dubia ſẽtentia ẽ ãphibologia. ſz ſolũ illa q̃ ꝓuenit ex multiplicitate oratiõis eiuſdẽ ꝑm ſubaz z modũ ꝓferẽdi. ¶ Ad zꝫ dr concedẽdo q; bñt coſdẽ modos gñales ſz nõ ſpeciales. z diſſerũt ĩ ꝗ; modi equocatõis ꝓueniunt ex ꝗ. q; aliq̃ dictio ĩcõplexa actualr ẽ multiplex. ſz modi amphibologie ꝓueniũt ex ꝗ q; aliqua oratio actualr vna est multiplex mutiplicitate dictiõis ĩcõplexe ¶ Ad 3ꝫ dr q; duplicia ſũt accidẽtia dictiõis. q̃dã ſũt abſoluta q̃ cõueniũt dictiõi ꝑz ſe. z variatio taliũ accidẽtiũ cãt equocationẽ. alia ſt accidentia respectiua q̃ oueniũt ei ĩ ordie ad aliã dictionẽ et variatio taliũ accidentiũ cãt ãphibologiã. ¶ Ad 4ꝫ dr q; lz duoꝝ extremoꝝ ſit vna ꝏpositio ꝑm mãz poſſũt tñ eẽ plures ĩ ſpẽ ꝑm q; duo extrema ſub diuerſis habitudinibus poſſũt inter ſe cõponi iõ vna oratio põt ꝓncipalr habere plures ſenſus.

s Equit de fallacijs faciẽtibus multiplex potẽtiale. ſ. de ꝏpõne diuiſiõe z accẽtu. Et prius de ꝏpõne q̃z de alijs. qz paralogiſmi fiũt efficatiões ꝑz ꝏpõnẽ ad finẽ ſophiſticũ: q ẽ appens ſapiẽtia z nõ exiſtẽs. z iõ prius dicẽdũ ẽ de ꝏpõne q̃z de alijs. Compositio ẽ eoꝝ q̃ debẽt diuidi falſa vnio Diuiſio vero ẽ coꝝ q̃ debẽt ꝏponi falſa diuiſio. Fallacia ꝏpõnis est ydoneitas decipiẽdi ꝓueniẽs ex ydẽtitate orationis vniꝰ z ciuſdẽ ꝑz materiã z ꝑz ſituz magis debitũ ptibꝰ ĩ oratiõe positis. cã appẽtic huiꝰ fallacie ẽ oratio diuiſa habẽs ydentitatẽ ĩ materia cũ oratiõe cõpoſita. cã falſitatis ſiue defectꝰ ẽ diuerſitas ſẽſus ꝏpositi a diuiſo. Notãdũ q;

qñ ē vera i sensu diuiso ⁊ falsa in sensu
ꝓposito tē ē fallacia ꝓpōnis. Dī tñ ora
tio ꝓposita qñ determiatio determiat
determinabile illud quod magis apta
nata ē determiare. ⁊ silr dī oratio com
posita qñ dictiōes ordinant ꝑz situ ma
gis debitū. Et dī oratio diuisa qñ deter
minās determiat illud determiabile quod
nō ē magis apta nata determiare. vel qñ
dictiōes ordiant ꝑz situ minie debitū
Qñ sumit hec oratio gīa exēpli. qcqd
viuit sēp est. i ista oratiōe sūt duo deter
miata. s. hoc verbū viuit ⁊ hoc verbū
ē. ⁊ est vna determiatio. s. semp. si ꝗ hec
determiatio. s. semp determiat hoc ver
bū ē quod ponitur a pte predicati. sic
dī oratio composita. qz tūc determiatio
determinat determiabile quod magis
apta nata est determiare. qz illud verbū
est ponit i situ determiato. s. i ꝑdicato
Si aūt determiat hoc verbū viuit. sic
dicit diuisa qz determiat illud determi
nabile quod ē min⁹ apta nata determi
nare. qz illud verbū viuit nō ponit i si-
tu determinato ipius verbi. ⁊ tūc dicti
ones ordinant ꝑm situ minus debitū
Istius fallacie duo sūt modi. Prim⁹
modus pnenit ex eo q̄ aliqd dictū pōt
supponere ꝑ se toto vel ꝑ parte sui ⁊
ꝑm istū modū palogizat sic. quēcunq3
pole est ambulare pole ē q̄ ipe ambu-
let. sedētē pole ē ābulare. ꝗ pole ē q̄ se
dēs ambulet. Ad hoc dicēdū est q̄ mi
nor ē duplex. qz si hoc dictū sedētē am-
bulare supponit ꝑ se toto huic ꝑdicato
ipole est. idest sedēs sedēdo pōt ambu-
lare. tūc hec ꝓposita est falsa. sic etiam ē
ipole dicere q̄ sedēs ambulet. Si aūt
istud dictū supponat ꝑ pte sui tūc ē di-
uisa ⁊ vera ⁊ nō sequit ꝓclusio. ⁊ ē sen
sus sedētem pole est ambulare. i. sedēs
nūc ꝯz potētiam vt postea ambulet. ⁊
silr quēcūqz est pole scribere pole est
q̄ ipe scribat. nō scribentē scribere ē pos
sibile. ꝗ pole est q̄ nō scribens scribat
Dicēdū ē ad istū palogismū sic ad pri-
mū. Secūdus modus pnenit ex eo q̄
aliq̄ determiatio pōt referri ad diuersa
⁊ penes istū modū palogizat sic. Qui
cūqz litteras scit nūc didicit eas. ꝗ iste
antiqu⁹ grāmaticus scit litteras. ꝗ nūc
didicit eas. Dicēdū q̄ maior ē duplex
qz hec determiatio nūc pōt determiare
hoc verbū didicit. ⁊ sic ē ꝓposita ⁊ falsa
⁊ sequit ꝓclusio. vl pōt determiare hoc
verbū scit. ⁊ sic ē diuisa ⁊ vera. ⁊ nō se
quit ꝓclusio. Silr hic. quod vnū solū
pōt ferre plura pōt ferre. ꝗ quod ñ pōt
plura ferre pōt vnū ferre. ꝗ quod non
pōt plura ferre pōt plura ferre. Dicen
dum q̄ maior est duplex qz hec deter
miatio solū pōt determinare hoc ver-
bū pōt. sic maior ē falsa ⁊ cōposita. ⁊ ē
sensus q̄ illud quod nō pōt ferre vnū
cum alio pōt ferre plura. vl pōt deter-
minare hoc verbū ferre. ⁊ ē sensus ve-
rus ⁊ ꝓpō diuisa vera sub hoc sēsu qd
pōt iam ferre vnū solū ⁊ ferre non plu
ra pōt plura ferre. Silr tu scis tñ tres
boies currere posito casu q̄ sex currāt
⁊ nescias de tribus. Hec est duplex. qz
hec dictio tñ pōt determiare hoc ver
bum scis vl currere. si determinat hoc
verbū currere sic est cōposita ⁊ falsa.
si scis tūc est diuisa ⁊ vera. ⁊ palogiza
tur sic. tu scis tantum tres homies cur
rere posito casu q̄ sex currant. sed quic
quid scitur est verum. ergo tantū tres
homines currere est verū. maior est du
plex vt iam dictum est.

d

E fallacia diuisiōis. Quid sit diuisio dictuz est pri⁹. fallacia diuisionis ē ydoneitas decipiē di ꝓuenienz ex eo q̃ oratio aliq̃ cōposita ē vera ⁊ diuisa falsa. vna et eadem manens fm materiā. differēs secunduz formam diuersa significat. que credit esse vera i sensu diuiso eo q̃ veritatē habet in sensu ꝓposito. Cā apparentie huius fallacie est ozo cōposita habēs ydentitatem i materia cū ozone diuisa. Vel causa appentie est ydentitas ozonis eiusdē fm substantiā ⁊ fm situm minus debitum. Causa defect⁹ est diuersitas sēsus diuisi a sensu cōposito. Istius fallacie duo sunt modi. Prim⁹ modus ꝓuenit ex eo q̃ aliqua coniunctio pōt copulari iter terminos vel iter propōnes. Et ꝑ istum modū paralogizatur sic. Quecū qz sunt duo ⁊ tria sunt duo ⁊ tria. quinqz sunt duo ⁊ tria. ergo quinqz sūt duo. quiqz sunt tria. Ad hoc dicenduz est q̃ minor est duplex qz hec cōiunctio ⁊ potest cōiūgere ⁊ copulare iter terminos vel inter propositiones. si iter terminos sic est vera composita. ⁊ est sensus duo ⁊ tria insimul iūcta faciunt quiqz. si inter ꝓpōnes sic ē falsa. ⁊ diuisa. ⁊ ē sensus q̃ duo sūt quiqz ꝑsone ⁊ q̃ tria sūt quiqz ꝑsone qd ē falsū. Silr ē hic. q̃cū qz sūt duo ⁊ tria sūt pia ⁊ ipia. quiqz sūt duo ⁊ tria. ꝗ quiqz sunt pia ⁊ ipia Dicēdū ē q̃ maior ē duplex. qz ibi pōt ē copulatio inter terminos. ⁊ sic ē vera ⁊ ꝓposita. ⁊ ē sensus. quiqz sunt duo ⁊ tria isit ꝓiuncta. vl ibi ē copulatio iter ꝓpōnes. ⁊ sic ē falsa ⁊ diuisa. ⁊ ē sēsus quiqz sē duo. ⁊ quiqz sē tria qd ē falz. silr hic. oē aial ē rōale vl irrōale. ſz ñ oē aial ē rōale. ꝗ oē aial ē irrōale. Dicēdū q̃ maiō ē duplex ex eo q̃ ista ꝓiūctō vl pōt ꝓiūgere iter ēmios ⁊ sic ē vera ⁊ ꝓposita. vel iter ꝓpōes ⁊ sic ē falsa ⁊ diuisa. Silr ħ. oē aial vel ē sanū vel egrū. Vel ħ. ois substātia ē corpea vel icorpea. Vel hic. ois linea ē recta vl curua Ñ oēs iste sūt vere qū ꝓiūctō ꝓiūgit inter terminos ⁊ sūt ꝓpōite. sed sūt false qū ꝓiūctō ꝓiūgit iter orōnes ⁊ ꝓpōes ⁊ dise. qz ꝓiūctō ꝑ se ⁊ prio ē ꝓiūctia ꝑtiū orōnis. et ꝓnti ipo ꝓiūgit orōnē cuz orōne. Sed ds mod⁹ h⁹ fallacie diuisōis ꝓuenit ex eo q̃ aliq̃ ōdmiatio ꝑt referri ad diuersa. vt ħ. quo vidisti hūc pcussū ħ pcussus ē. ſz oculo vidisti hūc pcussū ꝗ oclo pcussus ē. Dicēdū q̃ maior ē duplex. qz iste ablatiu⁹ oclo pōt ōdmiare hoc ꝓticipiū pcussus sic ē disa ⁊ falsa ⁊ ē sēsus. tu vidisti hūc pcussū oclo. ⁊ sic seqt̄ ꝓclō. vl ꝑt ōdmiare hoc verbū vidisti ⁊ sic ē ꝓposita ⁊ vera ⁊ tē ē sēs⁹ tu vidisti eū oclo hūc pcussū. ſz tē ñ seqt̄ ꝓclō.

¶ Circa hūc textū notāduz ē ꝑmo q̃ ōnr auctor hic determiat de fallacijs peccātib⁹ ꝗz multiplex potētiale. Et primo de cōpositiōe ⁊ diuisione cū ō accētu eo q̃ magis ydonee sūt ad decipiēdū ⁊ efficacea cū fallacia accentus. Et adhuc primo determinat de fallacia cōpositionis cū de fallacia diuisōis pp cādē causa. Et hic nō accipiūt cōpositio ⁊ diuisio ꝑ quacūq̃ cōpositiōe seu diuisione orationis. sed accipiūtur pro ordiatiōe dictionū. i. cōpositio pro partium orationis false secundum situ magis debitū. ⁊ vere secundū situ minus debitū: sed diuisio accipitur ꝑ ordinatione partium false secundū situm min⁹ debitū. ⁊ vere secundum situ magis debitū. Situs aūt magis debitus ē qui occurit itellectui magis conueniēter ⁊ magis conuenit dictionib⁹ secundū suos modos ostēdēdi. Ex q̃ ꝑz q̃ cōpositio vt hic accipit est eoꝝ que debent diuidi falsa vnio. Diuisio ⁊o est eoꝝ que debēt cōponi falsa sepatio. qd āt sit fallacia ꝓpōnis ⁊ diuisionis ⁊ q̃ sūt cāe ōsect⁹ ⁊ appētie eoꝝ clare ꝑz i tex.

Unde eadem oro fm substantiam est composita ⁊ diuisa cuius sit alia fm formam ⁊ modū pferendi. Dicitur enim composita quando partes ciꝰ ordinantur fm situꝫ magis debitū. ⁊ dicitur diuisa qū ordinantur fm situm minus debitum. Et fit fallacia compōnis quando oro in sensu composito ē falsa ⁊ in sensu diuiso est vera. Sed fit fallacia diuisionis econtra. Et harum duarum fallaciarum duo sūt modi cōes. Primus est quādo aliqua determinatio diuersimode determinat idem determinabile. ⁊ hic modꝰ diuiditur in duos modos spāles. Primus puenit ex eo q modus alicuius cōpositionis potest determinare dictum pro se toto ⁊ sic est composita. vel pro parte sui ⁊ sic est diuisa Et fm hunc modum potest distinguī ista ppō. Album esse nigrum est pos̄e. Nam si sit ꝯposita sensus eius est. hec ppō est possibilis. album est nigr ⁊ iste sensus est falsus. Si vero sit diuisa sensus ē. hec est possibilis. hoc est nigrum demonstrando q ly hoc illud pro quo supponit album in alia proponē. Et similiter iste due sunt distinguēde. sedē tem currere est possibile. non scribentes possibile ē scribē. ⁊ similes. Et possūt formari paralogismi in quibus ꝯmittitur fallacia compōnis qui soluūtur per distinctiones ipārum pmissarum. Si vero in predictis ppositionibus ponatur impos̄e loco possibilis ipe essent false in sensu diuiso ⁊ vere in sensu ꝯposito: ⁊ sic facerēt fallaciam diuisionis. et eodē modo pūt formari sillogismi. Secūdus modus spālis puenit ex eo q aliqua ꝯiunctio diuersi mode ꝯiungit illa inter que ponitur. quoniā aliqñ ꝯiungit ea tanq̄ partes eiusdem extremi ppōis. ⁊ sic ppō illa ē cathegorica. Aliquando vero coniungit ea tanq̄ partes diuersarum ppositionum ⁊ sic dicitur coniungere inter propositiones ⁊ ē p positio ypothetica. Rōne cuius possunt poni due regule. ¶ Prima est q omnis oro in qua pōitur coniunctio vel aduerbium tpale vel locale iter duos terminos potentes facere ppōem ypothetica ⁊ est distinguenda eo q potest cē ypothetica vl de ypothetico subiecto siue predicato. vt hec est distinguenda. quinq̄ sunt duo ⁊ tria. Si enim illa cōiunctio coniungit inter terminos sensus est q tātum duo ⁊ tria affirmantur de quinq̄. Si vero cōiungat inter ppōes est diuisa ⁊ est falsa. ⁊ sensus ē quinq̄ sunt duo ⁊ quinq̄ sunt tria. Similiter iste sunt distinguende. nullum aial dum dormit vigilat. omnis homo est sanus vel eger. omnis propositio vel eius ꝯdictoria est falsa. omne aial si ē rudibile est asinus. ¶ Zᵃ regula est. quando cūq̄ in aliqua oronе ponuntur due coniūctōes siue eiusdē spēi siue diuersarū ipa ē distinguēda eo q pōt iudicari ypothetica vel cathegorica. vt ista. duo vel tria sunt paria vel imparia. hꝫ tres sēsus. Nā si sit ypothetica pmus est fm quod coniungit̄ per coniunctionem primo positā ⁊ est sensus. duo sūt paria ⁊ imparia ⁊ tria sūt paria ⁊ imparia. Secundus sensus est fm q ꝯiūgitur p secūdā cōiūctōes ⁊ sic est sensus. duo ⁊ tria sūt imparia. ⁊ duo ⁊ tria sūt paria. ⁊ quilibet istorū duoꝝ sensuū est falsus. Tertius sensus est. duo sunt paria ⁊ tria sūt impari ⁊ sic iudicatur per vtramq̄ cōiūctionē ⁊ sic est vera. Si vero sit cathegorica tūc ē sensus eius q aliqua que sunt duo ⁊ tria sūt paria ⁊ imparia. Et similiter hec ⁊ similes sunt distinguende. oēs boies sūt asini. vel boies ⁊ asini sunt asini: eo q possunt iudicari coniungi per vnam coniunctionem aut p aliam. Et cuius omnes pdicte ppōnes ⁊ ēt sile possunt distingui fm ꝯpositionem ⁊ diuisionē. tū vt dictum est prius ipe possunt distingui fm āphibologiam. ⁊ forte facilius ⁊ magis apparenter q difficile est videre quomodo in ipis poterit assigri diuersitas sensus ppter solam diuersitatem p mutationis aut modi proferendi. ⁊ tamen in propōnibus distinguendis fm compositionem ⁊ diuisionem diuersitas sensuum ex illo dꝫ puenire.

Secundo sciendum est q tertius modus huius fallacie puenit ex eo q eadem determinatio potest determiare diuersa determinabilia. ⁊ vnum determinabile potest diuersis determinationibus determinari. Exēplꝫ primi est. vt hec ppō quicqd viuit semper est. habꝫ duos sēsus eo q illud aduerbium semper potest determinare illud verbum viuit ⁊ sic est diuisa ⁊ vera. ⁊ est sensus. quicqd semper viuit est: vel potest determinare hoc verbum ē quod est pncipale ⁊ sic est ꝯposita ⁊ falsa. ⁊ est sensus. quicquid viuit est semper. Sit̄r ista oro. quicūq̄ potest vnum solum ferre potest plura ferre habet duos sensus eo q ly solum potest determinare hoc verbū pōt ⁊ sic est composita ⁊ falsa. naꝫ sensus ē. quicūq̄ potest solum ferre vnū potest plura ferre. vel pōt determiare ly vnū ⁊ sic ē diuisa ⁊ vera. ⁊ est sensus. q cūq̄ potest ferre vnū solū potest pl'a ferre. Exm. quando idem determinabile potest diuersis determinationibus determinari. vt hic. quadragita viroꝝ centū reliquit achilles in bello. nam ille gentiuus viroꝝ pōt determinari per illud adiectiuū quadragita: ⁊ sic est composita ⁊ falsa. ⁊ est sensus q de quadraginta viris achilles reliquit centum

in bello. Uel pōt determinari p centū ⁊ sic ē diuisa ⁊ ꝓa. ⁊ est sensus q̄ de centū viris achilles reliquit q̄dragita i bello. Et sic pōt paralogizari. quorūcū/ q̄z virorꝫ achilles reliquit centū in bello erāt centuz ⁊ magis. ſz q̄dragita virorꝫ cētū reliquit achilles in bello. ergo q̄dragita erant centū ⁊ ampliuꝰ.

Tertio Sciendū ē q̄ sensus ꝯpositus ē qñ aliq̄ dictio pōt quasi cū diuersis dictionibus ꝯstrui. cōstruitur tamē cū illa dictione cum qua bz situm magis cōuenientē. Et ecōtra sēsus diuisus est q̄ndo aliq̄ dictio ꝯstruit cū illa cuz q̄ bz sēsū minus ꝯueniētē. ¶ Sed posset q̄ri q̄lit scit q̄s situs est magis vel minus ꝯueiens partibꝰ oratiōis. Et ad h̄ sciēdū ponūt due regule. ⁊ pria ē. si aliq̄ dictio possit cōstrui cū duabus alijs dictionibꝰ ⁊ vni sit ꝓpinqꝛ ⁊ alteri remotior situs magis debitꝰ ē q̄ cōstruat cū dictōe ꝓpinqore. Et minꝰ ꝺ bitus est q̄ cōstruat cū remotiore. Uerbi grā. i ista oꝛone. q̄cūq̄z scit lr̄as nūc didicit illas. ly nunc pōt ꝯstrui cū istis duobꝰ ꝓbis. s. scit ⁊ didicit. ⁊ qz ꝓpinquius verbū est didicit iō dr̄ h̄re situm magis debitum si cū eo ꝯstruatur. Et qz remotiꝰ ē ab hoc verbo scit iō si ꝯstruatur cū eo bz situ minꝰ debitum ⁊ minꝰ cōueniente. ¶ Secōa regula ē q̄ si aliqua dictio possit cōstrui cū alijs duabꝰ dictōibꝰ ⁊ sit vtriq̄z eque ꝓpinqua tunc sitꝰ magis debitus ē q̄ determinatio determinet p̄cedēs determinabile. qz determinatio debet sequi suum determinabile. ⁊ situs minus debitꝰ ē si ꝯstruat cū determinabili seq̄nte. vt pz in hoc exēplo quicqd viuit semp est. ly sēp ponit iter illa duo determinabilia. scz viuit ⁊ est. ⁊ iē fm q̄ dicit regula si determinat ly viuit ē situs magis debitꝰ. Si vero determiat ly ē. ē situs minꝰ debitus. ¶ Alii dicūt q̄ situs magis debitus est qñ aliq̄ dictio pōt ꝯstrui cū duabus alijs tunc sitꝰ magis debitꝰ ē quando ꝯstruitur cū p̄ncipaliori. Et situs minꝰ debitꝰ ē qñ ꝯstruit cū dictione minꝰ p̄nc i pali. mō ꝓba sōstatiua iter oia ꝓba sūt p̄ncipaliora

Sed contra p̄dicta arguit primo sic. In hac ꝓpositōe. boiez esse aial ē necesse. est cōpositio. ⁊ tamē non est eorum que debent diuidi falsa vnio. ergo diffinitio ꝯpositōis non ē bona. ¶ Secōo arguit sic. fallacia ꝯpositōis ⁊ diuisionis hīt cādē causā appentie. ergo nō sunt fallacie distincte. añs pz qz causa appentie vtriusq̄z est materialis vnitas dictōis. ¶ Tertio sic arguitur. oratio p̄mo significat cōpositionē siue diuisionem suoꝝ extremoꝝ. ſz duo extrema nō pñt vniri diuersis vnionibꝰ. ergo cadez oꝛo non pōt habere diuersas significatōes. ¶ Quarto arguit sic. modus ꝓferendi i oꝛone se tenet ex pte platōis lr̄arū et sillabarum dictionis. sed in oratiōe composita ⁊ diuisa eodem modo proferuntur littere ⁊ sillabe. ergo ille oꝛones nō differūt ꝓz modū ꝓferendi.

Ad rationes Ad primā dicitur q̄ si accipitur cōpositio generaliter p ordinatōe ptium orationis sic ꝯcedit q̄ illa est cōposita. sed si accipiatur spāliter. put soluz reperitur i composita falsa sic in illa oꝛone ū est cōpositio. ¶ Ad secōam dicitur q̄ fallacia compōnis ⁊ diuisionis habēt bene eamdē cau ā apparentie generalē scilicet materialē vnitatez oꝛonis. sed non spālem. causa eni spālis apparētie fallacie compositionis ē materialis identitas oꝛonis diuise vere ⁊ composite false. ⁊ eōtra est de fallacia diuisiōis. ¶ Ad tertiā dicitur q̄ eorundem extremoꝝ non est diuersa compositio fm eandē acceptionē intellectus sed tamen bene possunt diuersimode componi secundum diuersas acceptiōes. ¶ Ad quartam dicitur q̄ licet in oratione composita ⁊ diuisa eodem modo ꝓferuntur dictiones secūdū se. non tamen ꝓferuntur quantum ad vnitatē capiter se. qz q̄ñq̄z diuiduntur adinuicē ⁊ quādoq̄z cōponuntur

¶ Sequitur de fallacia accentus.

a Accentus est certa lex ⁊ regula ad eleuādū vel deprimendū sillabā vniuscuiusq̄z dictōis. Et iste accentus diuidit in accētum grauē acutū ⁊ circūflexuz. Grauis est qui deprimit i fine. Acutus accētꝰ ē qui i fine eleuat. vel acuitur. Circūflexꝰ ē q̄ acuit ⁊ deprimit sil: vel circūflexꝰ ē qui ꝓcedit ab imo ⁊ ꝓcedit i altū. ⁊ finaliter tendit i imū. vt hierusalē. Fallacia accentꝰ ē ydoneitas ꝺcipiēdi ꝓueniēs ex multiplicitate dictionis eiusdē fm substātiā. diuerse fm modū ꝓferēdi diuersa significantis. Cā appentie huiꝰ fallacie ē vnitas dictionis ꝓz materiā vel fm subam solū. Cā defectꝰ ē diuersitas significatorū. Istius fallacie duo sūt modi. Primus modus ꝓueniet ex eo q̄ aliq̄ dictio pōt ꝓferri diuersis accētibus. Ut hic ois popl's ē arboꝝ. gens ē popl's. ergo

gens ē arbor. Dicendū ē q̃ maior ē duplex. qr pria sillaba hui⁹ dictionis popu lus pōt pferri lōga ⁊ sic ē vera ⁊ non se quitur pclo. vel potest cē breuis. ⁊ sic ē falsa. ⁊ sic sequit pclo. Sil'r hic. oīs ara ē i tēplo. stabulū porcorū ē ara. ergo sta bulum porcorū est i tēplo. Dicendum hic sic prius. Sil'r hic. Quicqd hamat hamo capit. mulier amat. ⁊ mulier ha mo capit. dicēdū q̃ maior ē duplex iōq̃ hec dictio hamatur potest referri cum aspiratione. vel sine aspiratione. si prio modo sic ē vera ⁊ non sequit conclusio si secundo mō. sic est falsa ⁊ sequit pclo Vel sic. quoscūqz viros iustū est pende re dignū est penā pati. sed iustos viros iustum est pendere. ergo iustos viros dignū ē penā pati. Unde vtraqz premis sarū est duplex eo q̃ hec dictio pendere pōt pferri media lōga vel media breui. Scōs modus prouenit ex eo q̃ aliqua vox pōt esse dictio vel oratio. Ut hic. Tu es qes. sz qes ē reges. ⁊ tu es reges. dicēdū q̃ maior ē duplex eo q̃ qes pōt cē dictio vel ōro. si sit dictio tūc ē falsa ⁊ sequit cōclusio. si sit ōro sic est vera ⁊ nō sequit cōclusio. similiter hic. quicqd fe cit deus inuite fecit deus coacte. sz de⁹ fecit vinū invite. ergo de⁹ fecit vinū coa cte. dicendū q̃ maior est duplex eo q̃ inuite potest esse oratio vel dictio. si di ctio sic est vera. ⁊ non sequitur conclu sio. vel potest cē oratio. ⁊ sic est falsa ⁊ sequit pclo. sil'r quicūqz hz dilectōz sup nā hz dilectōcz dei. vsurarius habet di lectionem supernam. ergo vsurarius habet dilectionem dei. Dicendum q̃ hec dictio supernam potest capi du pliciter. vno modo vt est dictio. ⁊ sic minor est falsa et sequitur conclusio. Alio modo potest esse oratio. Et sic ē vera. et non sequitur conclusio. Si militer hic. Metuo longas percum te noctes lidia dormis. Unde hec dictio metuo potest esse dictio. Vel oratio.

¶ Circa hūc textuz notādū est ꝓmo q̃ hic ōnter auctor determinat de fallacia accētus. accentū sic diffiniēs. Accent⁹ ē certa lex vel regula ad eleuādum vel deprimēdū syllabā vniuscuiusqz dictiōis per hoc q̃ dr ad eleuanduz vel deprimendū tan gitur cā finalis. Et per hoc q̃ dr syllabam vniuscu iusqz dictōis tāgitur cā materialis i qua. Accentus eni ꝓmo conuenit syllabis p syllabas. ⁊ dictōib⁹. ⁊ per dictiones oratiōib⁹. Et diuidit i accētū graues circumflexū ⁊ acutū. Accent⁹ grauis ē q̃ fit cū depsi sione. Accent⁹ acutus est q̃ fit cuz eleuatōe syllabe. Accent⁹ vero circūflexus ē q̃ fit cū est mixtus ex depssione ⁊ eleuatōe. ¶ Ideo accēt⁹ pōt capi du pliciter. Uno mō stricte solū p eleuatiōe vel depsi sione cuiuslibet syllabe alicuius dictiōis. ⁊ isto mō capitur a prisciano qui diuidit eū in tria membra ꝓdicta. Alio mō capitur gēaliter p omni modo si gnificatiuo pferēdi vel scribendi aliquā dictōez in complexā ⁊ isto mō capitur hic. Et notanē dr mo dus significatiu⁹ qr eleuatio vel depressio syllabaꝝ alicuius dictionis que fit fm cantuz non vocatur hic accētus. quia talis eleuatio vel depressio nō fit ad aliqd significandū sed ꝓpter melodiā habendā. Et iō hic diffinit accētus. accētus ē multiplicitas dictōis eiusdē fz materiā ⁊ non fm modū pferendi. Unde fallacia accent⁹ est ydoneitas decipiendi pueniēs ex vnitate materiali dictiōis diuerse fm modū pferēdi diuersa significantis. Et eius cā apparētie ē illa mat'r vnitas dictiōis. Sz cā defectus ē multiplicitas significatoꝝ illi⁹ dictiōis in modo pferendi. Et maxia ōsirmatia b⁹ fallacie ē ista. oīs dictio eadē secundū materiā habet vnum significatum ⁊ vnum accentum.

Secundo Sciēdū ē q̃ hui⁹ fallacie duo sūt modi. Primus pueniet ex eo q̃ aliq̃ dictio pōt regi diuersis accētibus sic. s. q̃ pōt habere eandē syllabā longā ⁊ breuez. vel pōt scōm eandē syllabā scribi cum aspiratione vel sine aspi ratione. vt hec dictio populus si hēat ꝓmam pdu ctā significat arborē. Si vero hēat ꝓmam breuem significat gentē. Sil'r pēdere potest hre mediaz lō gā ⁊ sic significat penaz pati. Alio modo pōt accipi actiue vt descendit ab hoc verbo pendo pendis. ⁊

sic hz mediam breuem ⁊ significat iferre suspēdiū. Exēplū de secundo. vt si h̄ verbuz amo scribatur sine aspiratione tūc significat diligere. Si ho scribat cū aspiratiōe tē sigificat idē qō capere hamo. vel ē ablatiu⁹ bui⁹ nominis ham⁹ hami ⁊ sic significat instrumētū ad capiēdum pisces. Et fm būc modū palogizat sic. qcunq; vult pendere vult suspendi. sed torto; pēdēs homines vult pendere. g̃ torto; vult suspendi. Sil'r qcqd hamat hamo capitur. mulier amatur. ergo mulier hamo capit. Et debent solui per distinctionem illarum propositionum in quibus ponitur dictio multiplex.

Tertio sciendum ē. q̄ secūdus modus bui⁹ fallacie ꝓuenit ex eo q̄ aliqua vox pōt esse dictio vel oratio. vt pōstat pōt eē dictio vl oratio. pōt enim eē verbū cū ꝓpositiōe. Sil'r supnam pōt eē nomen accusatiui casus. ⁊ pōt eē ꝓpō cū suo casuali. Sil'r metuo pōt eē vna dictio. ⁊ sic est ꝯbū. ⁊ pōt eē tres dictiōes. s. duo ꝓnomia cū interiectione. puta me. tu ⁊ o. ⁊ pōt eē duo ꝓnomina. s. me ⁊ tuo. ⁊ pōt eē ablatiui casus bui⁹ nomis met⁹ cū hac interiectiōe o. vt metu ⁊ o. Et fm hoc sic pōt palogizari. qcūq; dicit metu o lōgas peunte noctes lidia dormis nō dicit se timere. sz qcūq; dicit metuo lōgas peunte noctes lidia dormis dicit se timere. ergo dicēs se timere nō dicit se tiere. Et soluitur distinguēdo p̄missas secūdū distinctionē cōpositā. Sil'r sic palogizat. qcūq; dicit. beu qz nā tanti cinxerūt ethera nimbi. respondet. sz dicēs beu qz nā tāti cinxerūt ethera nimbi. iterrogat. ergo iterrogās respondet. Et soluit p̄ distinctionem bui⁹ dictionis qz. nā ipm pōt tenēri iterrogatiue vl respōsiue. Et sil'r possunt formari alij palogismi q̄ cēs sil'r hnt solui sicut p̄cedens.

Sed contra predicā arguit p̄ sic. hec dictio populus ē equiuoca. ergo facit fallaciā equiuocationis ⁊ non accentus. ¶ 2° sic arguitur. accētus ipedit deceptionē. g̃ accentus nō ē ydoneitas decipiēdi. aīs pz. qz fm diuersos accentus distinguūtur dictiones penes diuersa significata. ¶ 3° arguitur sic. supernā a' iterscribitur qn̄ est vna dictio. ⁊ qn̄ est plures. ergo illa nō ē eadem ex parte materie. nec potest aliquē decipere ex parte accēt⁹. ¶ 4° arguitur sic. nullus accētus ē corpus. ergo nullus accētus ē g̃nis.

Ad rationes Ad primā dr̄ q̄ si accipiatur equiuocatio gnal'r p omni multiplicitate vocis sicut hec dictio populus: est equoca. sed si capiatur special'r pro multiplicitate dictionis e. uidē fm mām ⁊ formā: sic ipa nō ē equiuoca. ¶ Ad secūdā dr̄ q̄ illa dictioni q̄ potest regi diuersis accentibus habet duo. s. vnitatē mālem vocis. ⁊ rōnē illius accentus est ydoneitas decipiendi. ⁊ cū hoc hz diuersos modos p ferēdi qui apud scientes sunt cā cognoscendi multiplicitatē significatoꝝ. ¶ Ad tertiā dr̄ q̄ paralogismi secundi modi raro decipiunt i scripto. tamē bene decipiunt in voce eo q̄ in scripto facil'r percipitur differentia ⁊ in voce pua ē differentia q̄ solū in mō pferendi q̄ nō pōt facil'r percipi. ¶ Ad quartā dicitur q̄ si capiatur ly graue ppe. sic solū conuenit corpori. Si vero transumptiue sic bene conuenit dictioni vel orationi.

¶ Sequit' de fallacia figure dictionis.

Allacia figure dictōis vltio ponit' iter fallacias i dictōe. qz facit multiplex fātasticū. Figura enī est que termino vel terminis claudit'. t'mino: vt circulus. t'minis: vt triangulus quadriangulus. ⁊ similitudinaric. Fallacia figure dictōis ē sil'tudo dictōis cū dictōe penes finalē teriationez in pte non idē significāte. ⁊ facit multiplex fātasticū. ē āt multiplex fātasticū qn̄ aliq̄ dictio significat vnū ⁊ videt' significare aliō pp silitudinē quā hz i pte cum alia dictōe. vt videē significat passionem ⁊ videt' significare actōez pp hoc q̄ est sil'e huic verbo agē. Cā appentic bui⁹ fallacie ē silitudo dictōis in pte cū alia dictōe non idē significāte. Cā defect⁹ bui⁹ fallacie ē diuersitas coꝝ q̄ videt' eē silia. Ista āt silitudo fit trib⁹ modis. s. vocē. significatōe ⁊ suppōe ⁊ hz hoc tres st' modi h⁹ fallacie. Prim⁹ mod⁹ ꝓuēit ex sil'i t'miatōe dictōis cū alia dictōe. vt q̄liscūq; ē musa tal' ē poeta. sz musa ē femini gnis. g̃ poeta ē femini gnis. dicendū q̄ n̄ seqt' q̄ si aliq̄ sunt eiusdē t'iatōis: q̄ sunt ppt'ea eiusdē gnis. sil'r h. ois aq̄ ē hūida. fluui⁹ ē aq̄. ergo fluuius ē hūida. dicendū q̄ nō opz q̄ si fluuius fit aq̄ q̄

& quicquid dicat de aqua q̃ hoc ctiaq̃ dicat de fluuio sub eadē determinatione. vel sic. oīs hō est albus mulier ē hō & mulier est albus. vū in oibus p̄dictis palogisinis masculinū intrepretat femininuz. Aut si formet sic palogisinus musa ⁊ poeta similr terminant. sz musa ē feminini generis. & ⁊ poeta. tunc ñ est ibi fallacia figure dictiōis sz fallacia ꝓsequētis a cōmuniter accidētibus. vt postea patebit. Secūd⁹ modus pueit ex mutatione vnius p̄dicamenti i aliō vel qñ vna spēs vnius p̄dicamēti mutat in aliaz spēm. vt hic. quicquid heri emisti hodie comedisti. carnes crudas heri emisti. & carnes crudas comedisti Dicendum q̃ non sequit. qz quicquid dicit rem de predicamento substantie. crudū dicit rē de p̄dicamento qualitatis. ⁊ sic pcedit de vno p̄dicamēto in aliud. Et silr hic. quicquid heri vidisti hodie vides. sz vidisti heri albū. & albū hodie vides. Dicendū q̃ non sequit. qz albū significat p modum q̄litatis. quicquid vero dicit rē de p̄dicamento substātie. Silr hic. do tibi solū denarium sz solū denarū non habeo. ergo do tibi qd nō habeo. Dicēdū q̃ hec dictio solū dicit relatōez. qz vt hz i secō elencho rū solū dz q̄si nō cū alio. ⁊ hec dictio qd dicit substātiā. ⁊ sic pcedit a relatōe ad substātiā. Silr est hic. Aliquis dat cito equū: sz nō hz cito equū. ergo aliqs dat cito qd nō hz. Dicēdū q̃ nō sequit quia cito dic modū act⁹ siue q̄litatē. ⁊ qd dicit substātiā. ⁊ sic pcedit a q̄litate ad substantiā. Silr hic. si pceditur ab vna spē vnius p̄dicamēti ad aliā. vt quātoscunqz digitos heri habuisti hodie habes. decem digitos heri habuisti. ergo decem digitos hodie habes. posito q̃ vnū amiseris. Dicēdū q̃ non sequit. qz hec dictio quātoscunqz dicit quātitatē cōtinuā ⁊ hec dictio decē dic q̄ztitatē discretam. Tertius modus pueniit ex diuersa suppōne terini. Ut hō ē spēs. ergo aliqs homo ē spēs. Et hō ē dignissima creatura. ergo aliquis hō ē dignissima creatura. hic ē pgressus a simplici suppositione ad psonalē. Silr hic. Oīs hō ē aial. ergo omnis homo est hoc aial. Silr hic. Animal est sortes. animal est plato. ⁊ sic de alijs. ergo animal est oīs homo. hic fit pcessus a pluribus determinatis ad vnā determinatz. Et iste modus solet appellari vniuocus. qz ille terminus animal vniuoce ⁊ equalr sic se hz ad oia supposita. vnde in qualibz p̄missarū supponit pro vno. in ꝓclōe vero pro pluribus ⁊ sic variat eius suppō. ⁊ intelligendum q̃ in preditcis quale quid intrpretat hoc aliquid. i. cōc vel vle intrpretat singulare. sic enī aial est hoc aliquid si tunc arguat. aial ē sortes animal est plato. ⁊ sic de alijs. & aial ē omnis homo. est bonum argumentū sic hic. sortes currit. plato currit. ⁊ sic de alijs. ergo omnis homo currit. Similr hic non sequit quando fit processus ab immobili suppositione ad mobilem. vt omnis homo est animal. ergo omnis homo est hoc animal. ⁊ sic d alijs. hos tres modos ponit aristoteles dicens q̃ figura dictionis fit quando interpretatur non idem vel diuersuz. vt masculinum vel femininuz vel neutr̄ vel econuerso. Et rursus quid interpretatur quale vel quantum iterum quādo communie interpretatur singulare vel hoc aliquid.

¶ Circa hũc textũ notãdũ est ꝑ q̃ ꝛñr auctor det̃ minat de fallacia figure dictionis que peccat ꝑm multiplex fantasticuz. Unde figura accipitur dupliciter. vno modo accipitur ꝓprie ⁊ sic diffinitur Figura est que termino vel ẽminis clauditur. vt triangulus vel quadriangul⁹. Alio modo accipit̃ similitudinarie pro figura dictionis. ⁊ hoc modo sic diffinitur. Figura dictionis est similitudo dictionis in parte cũ dictõe nõ idẽ significãte. Fallacia eni figure dictionis ẽ ydoneitas decipiendi ꝓuẽiens ex similitudine dictionis cũ dictõe in parte non idẽ significãte. Et dz hic accipi significatũ gñaliẽ. Lãvo appentie ẽ similitudo dictõis cũ dictõe. Lãvo defectus est diuersitas eaꝝ penes significatiõem ⁊ ꝛsignificatõez. Et ita pz q̃ fallacia figure dictionis fit ex eo q̃ credunt similes dictiões habere similes significatões vel ꝛsignificationes. Et ad hoc q̃ fiat fallacia figure dictiõis tres ꝛditões regrũtur. p̃⁴ est q̃ ille dictões sint eedem ꝑm mãz. z⁴ ẽ q̃ cõueniant ꝑm vocẽ. ⁊ etiã q̃ ꝛueniant in aliquo alio modo. 3⁴ est q̃ differant in significatione vel consignificatione. Et b⁹ fallacie tres sunt modi p̃ncipales. Primus modus ꝓuenit ex simili terminatõe vnius dictionis cũ alia dictione. s. q̃ ꝓuenit ex eo q̃ ꝓꝓ similitudinẽ aliquarũ dictionũ in aliquo accñte volumus inferre similitudinẽ i aliquo alio. ¶ Et qz tria sunt accñtia que cõiter se consequi videñt: s. terminatio significatio ⁊ modus significandi. iõ iste primus modus diuiditur in tres ꝑtiales. Primus prouenit ex eo q̃ ex simili terminatiõe volumus inferre similem significationem aut similem modũ significandi. vt si sic arguatur. calefacere significat agere. ergo vigere significat agere. quia ille dictiones similiter terminantur. vel sic musa est feminini generis. g̃ papa est femini generis qz habẽt similẽ termiationẽ. ¶ Secũdus mod⁹ specialis ꝓuenit quãdo ꝓpter similitudinẽ i mõ significãdi volum⁹ inferre similitudiem i re significata vt calefacẽ sigt agere. ergo audire significat agẽ. eo q̃ habent eundem modum significãdi. ¶ Tertius modus ẽ qñ propter similitudinẽ aliquam in re significata volum⁹ inferre similitudinẽ i modo significãdi. vt petra ⁊ lapis idẽ significãt. sz petra ẽ femini generis. ergo lapis ẽ feminini gñis. Solutio oiuz p̃dictoꝝ palogismoꝝ ⁊ similiũ debet dari negando ꝛñtiam eo q̃ ꝓpter similem terminationẽ nõ segtur similitudo in re significata aut i modo significãdi. nec ꝓpter similitudinẽ in re significata segtur similitudo i modo significãdi aut ecõtra. Et ad istum modũ reducunt̃ oẽs palogismi q̃ ꝓueniunt ex similitudine vni⁹ ꝓpõnis cathegorice cũ alia cathegorica. s. q̃ ꝓpositiones cathegorice credunt̃ hẽre easdem significationes vel ꝓprietates ꝓꝓ hoc q̃ sũt similes in voce sicut hic sp̃ hõ fuit et homo fuit sp̃. Et similr reducunt̃ ad eũ oẽs palogismi q̃ ꝓueniunt ex similitudine vni⁹ totalis argumẽtationis cum alia. sic q̃ credit̃ aliq̃ argumẽtatio cẽ bona ꝓꝓ similitudinem quã hz cũ alia argumẽtatiõe bona. vt sic palogizãdo. qñcũq̃ fuisti parisi⁹ fuisti homo. bis fuisti pisius. ergo bis fuisti homo. ꝓꝓ similitudinem quã hz cũ ista. quotiẽscũq̃ fuisti pisius totiens fuisti homo. bis fuisti parisius. ergo bis fuisti homo.

Secundo Sciendũ est q̃ scõs mod⁹ p̃ncipalis hui⁹ fallacie ꝓuenit ex eo q̃ fit mutatio vni⁹ p̃dicamenti i aliud. i. qñ subtermino distributo vni⁹ p̃dicamẽti fit subsũptio de re alteri⁹ predicamẽti. Ut si sic arguatur. Quicquid heri emisti hodie cõedisti. crudũ heri emisti g⁹ crudũ hodie cõedisti. Similr qcqd heri vidisti hodie vides. albũ heri vidisti. g⁹ albũ hodie vides. Similr qcqd fuit heri nigꝝ hodie ẽ albũ. fuit heri nigrũ g⁹ albũ hodie ẽ nigrũ. Ad oẽs istos palogismos ⁊ similes respõdet negando ꝛñaz qz i illis subtermio distributo ꝓ reb⁹ de p̃dicamẽto sube subsumitur res de p̃dicamẽto q̃litatis. qcqd eni distribuit trũ de reb⁹ õ p̃dicamẽto sube. ⁊ tũ albũ ⁊ nigrũ ⁊ crudũ significãt q̃litatẽ in cõcreto nec sũt i p̃dicamẽto sbe. Iste eni mod⁹ ꝛmittit̃ qñ fit mutatio vni⁹ spẽi vni⁹ p̃dicamẽti in aliã speciẽ eiusdẽ p̃dicamẽti. vt si sic arguat̃. q̃ tot scũq̃ digitos heri habuisti hodie habes. sz decẽ digitos heri habuisti. ergo õ cẽ digitos hodie habes. p̃missis existẽtibus veris ꝛclusio est falsa. posito q̃ amiseris vnũ digitũ. iõ dz negari ꝛña. qz in maiore fit distributio ꝓ quãtitate ꝛtinua ⁊ i minore ĩsumit̃ ꝓ q̃titate discreta

Tertio sciendũ est q̃ tertius modus huius fallacie ꝓuenit ex diuersa suppositiõe. Et hoc cõtingit vno modo arguendo a suppositione simplici ad ꝑsonalẽ aut ecõtra a ꝑsonali ad simplicẽ. vt sic arguẽdo. hõ est spẽs. ergo aliqs hõ est spẽs. aial est genus. ergo aliqõ aial ẽ gen⁹. aliquis hõ non est species. ergo hõ nõ est species ⁊ sic de similibus. Et debent sic solui ista argumẽta negãdo ꝛñaz eo q̃ fit mutatio simplicis suppositiõis i ꝑsonalẽ aut ecõtra. ¶ Secũdo modo fit iste modus arguẽdo a plurib⁹ determiatis suppositionib⁹ ad vnã determinatã. Arguere aũt a pluribus determinatis ad vnã determinatã est arguere ab antecedẽte i quo ꝛia singularia alicui⁹ vniuersal̃ p̃dicant̃ de aliquo termio idefinite aut pti

culariter sumpto ad oñs i quo vt̃ illoꝝ sigulariũ vniuersaliter sumptũ predicatur de codez termino indefinite vel pticulariter sumpto. vt sic arguendo. animal est fortes. aial est plato z sic de alijs. ergo animal ē omnis homo. z ibi. caput habet fortes. caput habet plato. ergo caput habet omnis hō Ista argumenta z similia soluuntur per negationem consequentie. eo ꝙ arguitur a pluribus determiatis ad vnā ōtermiatā.

Sed contra predicta arguitur primo sic. nulla est fallacia figure dictionis. rationis. ergo nulla est fallacia figure dictionis. tenet consequentia eo ꝙ sicut figura est determinatio dictionis. ita est determinatio orationis a simili. ¶ Secundo arguitur sic. res vniꝰ predicamēti nunq̃ mutatur in rem alterius predicamēti. substantia enim nunq̃ mutatur in quantitatem vel qualitatē. ergo male assignatur secūdus modus ¶ Tertio arguitur sic. deceptio que ꝓuenit ex pte significatorum dictionis ꝓuenit ex pte rei. ergo fallacia figure dictionis nō est fallacia in dictione sz extra dictionē. ¶ Quarto arguit̃ sic. multi sūt sillogismi in qbus arguitur a diuersa suppositione termini z tñ illi sūt boni z pfecti. ergo male dr̃ ꝙ tertiꝰ modus huius fallacie ꝓuenit ex diuersa suppositiōe terminī. aīs pz in prio z tertio modis prime figure z multis alijs vbi mediū i pria ꝓpositione supponit distributiue z i secūda cōfuse tñ vt ōtermiate. ergo ibi est variatio suppositiōis.

Ad rationes Ad primā dicitur ꝙ ibi dictio nō capitur ꝓ dictiōe icōplexa sed pro omni significato ad placitum instituto. ideo figura dictiōis repitur tā i voce icomplexa q̃ oratione. ¶ Ad secundam dr̃ ꝙ non ē intelligēdū ꝙ res vnius predicamēti mutetur i rem alteriꝰ pdicamēti realr. sed mutat tñ fm subsumptionē. sic. s. itelligēdo ꝙ sub rebꝰ distributis vniꝰ pdicamenti fit subsumptio ꝓ rebus alteriꝰ pdicamenti. ¶ Ad tertiam dr̃ ꝙ palogismi causantes fallaciam figure dictiōis possūt ꝓsiderari duplr̃ Uno modo ex parte rei z secundum se z sic sumitur fallacia extra dictionez ab ipis. Alio modo cōsiderantur secundū ꝙ in ipis vna dictio bz similitudiez cū alia. z sic causat fallaciā i dictiōe. ñ ē enī icōueniēs ꝙ i codē palogismo sint plures fallacie z i dictione z extra dictiōem. imo frequēter vbi ē fallacia figure dictiōis ibi est fallacia accidentis ¶ Ad quartā dr̃ ꝙ tertiꝰ modus huiꝰ fallacie bz fieri qñ est mutatio suppōnis vnius generis remoti in aliud genus remotum. z nō propinquum.

s Equitur ō fallacijs extra dictionē q̃ sūt septē. s. accidens. secūdū quid ad simplr̃. ignorantia elēchi. petitio pricipij. oñs. nō cā vt cā. secundū plures iterrogatiōes vt vna z. Differūt iste fallacie a fallacia i dictione. qz fallacie i dictiōe habēt cām apparentie ex pte vocis. Sed fallacie extra dictionē habēt cām apparentie z defectus ex pte rei z non ex parte vocis. z ꝓpter hoc dicunt̃ extra dictionē.

¶ Circa hūc textū notandū ē ꝓmo ꝙ oñr̃ auctor determiat de fallacijs extra dictionē q̃ non dicūtur fieri extra dictionē eo ꝙ cū fiāt non fiant per dictionē. sz qz non sumūt cām apparētie ex pte dictiōis sz ex pte rei. fallacie enī tam i dictione z extra dictionē sumūt cāz defectꝰ ex pte rei. vt fallacie i dictiōe ex pte pluralitatis significatorꝝ. z fallacie extra dictionē ex pte diuersaꝝ habitudinū diuersaꝝ rerꝝ iter se q̃ habitudines ignoranī a rndēte. ¶ Sed differūt duplr̃. primo ꝙ fallacie in dictiōe sumūt causas appētie ex pte dictiōis. fallacie vo extra dictionē ex pte rei. s. pp ptialē cōueniētiā aliquaꝝ rerꝝ inter se. zo differūt i modo decipiēdi. qz fallacie i dictiōe magis decipiūt hoiez disputādo cū alio q̃ cū seipo. iō qz ignorat multiplicitatē dictiōis. sz fallacie extra dictionē magis decipiūt hoiez cū seipo disputātē q̃ cū alio. qz hō sillogizās ꝓ seipz decipit̃ cū ignorat bitudinē rerꝝ. 3o differūt i solōne suoꝝ palogismoꝝ qz oēs palogismi i dictiōe soluūtur ꝓ distictionē ꝓmissaꝝ aut oclusionis. excepta fallacia figure dictōis cuiꝰ palogismi soluūtur ꝓ negationez oñe. sz oēs palogismi fallaciaꝝ extra dictionē soluūtur ꝓ negationē oñe excepta fallacia petitiōis ꝓncipij. q̃ sumit̃ per negationē ātecedētis. Et sūt septē fallacie extra dictionē. s. accidēs. fm qd ad simplr̃. ignorātia elēchi. petitio ꝓncipij. oñs. nō cā vt cā. z fm plures interrogatiōes vt vna. Quaꝝ sufficiētia sic habet̃. qz oīs fallacia extra dictionē peccat ō vez elēchum aut. gꝰ peccat i ꝓbatiōe tñ z sic ē petiꝰ ꝓncipij. vt i illatiōe z h̄ duplr̃. qz vt i ea ē appēs oña sillogismi vt ētiematis. si sillogismi i h̄ē duplr̃. vt sillogismi ostēsiui z sic ē accidēs. vt ad ipole z sic ē nō cā vt cā. si vo sit ibi appēs oña ētiematica z bitudo logicalr̃. h̄ē q̃drupl̃r. qz aut ibi ē appēter locꝰ a pte i mō ad suū totum z sic ē fz qd ad simpliciter. aut

habitudo ptiũ sit sũptarũ ad suũ totũ ⁊ sic est ignõ tia elẽchi aut habitudo ouertibiliũ ⁊ sic ẽ fallacia ñtis. aut habitudo totius integral ad suas ptes ⁊ sic ẽ fallacia ꝓm plures interrogationes vt vnã.

Secundo sciendũ ẽ ꝙ fallacie ex̃ victõez sumũt suas causas apparentie ex pte rei. ideo nũer⁹ fallaciarũ ex̃ victionẽ potest sumi ꝓm numer̃ diuisionũ entis. Sũt eni septẽz diuisiões entis quar̃ vna ẽ in substãtiã ⁊ accidẽs ꝓm quã sumit fallacia accñtis. Alia ẽ in ens pfectũ ⁊ iperfectũ ꝓm quã sumitur fallacia ꝓm qd ad simplr. 3ª est p ens oppositũ ⁊ nõ oppositũ ꝓm quã sumitur ignorãtia elenchi. 4ª est per idẽ ⁊ diuersũ ꝓm quã sumitur fallacia petitionis ꝑncipij. 5ª p ꝑ ius ⁊ posterius ꝓm quã sumitur fallacia ñtis. 6ª ẽ per causaz ⁊ effectũ ꝓm quã sumitur cã vt nõ causa. 7ª per vnũ ⁊ multa ꝓm quaz sumitur fallacia ꝓm plures interrogationes vt vnã. Et qr in fallacia accñtis est maior ydoneitas decipiẽdi q̃ i aliis. iõ auctor de ipa determinat ꝑ̃ q̃ de alijs. Et q̃uis sint multe alie diuisiones entis istis ꝓzes. puta iste. entũ aliud reale. aliud rõnis. ⁊ entiũ reaLiũ aliud finitũ ⁊ aliud ifinitũ. ⁊ realiũ finitor̃ aliõ substantia. aliud accñs. ⁊ sic de multis alijs diuisionib⁹. tñ iste diuisiones ꝑdicte sufficienter videtur enumerari quo ad boc. s. vt cuilibet istarum possit correspondere vna fallacia.

Tertio sciẽdũ ẽ ꝙ solutio palogismi ẽ manifestatio sillogismi falsi. Et diuidit̃ p solutionẽ apparentẽ ⁊ p solutionẽ rectã. Solutio apparens est manifestatio sillogismi falsi non oñdendo pp quid ẽ falsus. vt si negetur ñia sillogismi dicẽdo ꝙ ibi ẽ fallacia accñtis nõ oñdẽdo propter quid ẽ fallacia. Sed solutio recta est manifestatõ sillogismi falsi oñdẽdo pp quid ẽ falsus. vt cũ oñditur in spãli in aliquo sillogismo pp qd ẽ ibi fallacia. Et qr sillogismus põt dici falsus duplicit̃. vno mõ ꝓm premissas qñ aliqua ꝑmissarũ ẽ falsa. Alio mõ ꝓm illationẽ qñ. s. sillogismus ẽ peccãs in forma. ideo duplr̃ potest fieri solutio recta que qdẽ est manifestatio sillogismi falsi. s. ostendẽdo falsitatẽ ꝑmissarũ vel defectũ quem bñt ita ꝙ nõ sũt disposite in modo ⁊ in figura.

Sed contra predicta arguitur ꝑ sic. Fallacie solũ causant disputationem in disputatione litigiosa. sed homo sibijpsi non facit disputationem litigiosam. ergo male dictum est ꝙ fallacie extra dictionem decipiunt hominẽ per seipm considerando. ¶ 2ª arguitur sic. Fallacia consequentis est pars fallacie accidentis. ergo non sunt fallacie distincte. ¶ 3ª arguitur sic. Ignorantia elenchi magis peccat contra veritẽ elẽchũ q̃ aliqua aliar̃. ergo ipa dz esse ꝓr alijs. ¶ 4ª arguitur sic. Paralogismi peccantes in forma debent solui per distinctionẽ. vt dr̃ secũdo elẽchor̃. ergo paralogismi fallaciarum extra dictionem cum sint peccantes in forma debent solui p distinctionem ⁊ non per negationem consequentie sicut prius dictum est.

Ad rationes Ad primaz dr̃ ꝙ q̃uis hõ nõ faciat sibiipi disputatõnẽ sophisticaz credẽdo seipm decipere. tñ qr ignorat habitudines rer̃. iõ disputando decipit seipz. ¶ Ad secũdaz dr̃ ꝙ fallacia ñtis est ꝑs fallacie accidentis in hoc sensu ꝙ vbicũq̃ est fallacia ñtis ibi est fallacia accidentis. non tamen est ꝑs formalis fallacie accidentis. quia in eodem paralogismo sub diuersis rationibus reperiũtur ille fallacie. ¶ Ad tertiam dr̃ ꝙ fallacie extra dictionẽ non ordinantur secundum suas causas defectus sed ꝓm suas causas apparentie. ideo q̃uis ignorãtia elenchi magis peccet contra verum elenchuz q̃ aliqua aliaruz. tamen quia in ea non est maior causa apparentie q̃ in aliis. ideo ipsa non debet esse prior alijs. ¶ Ad quartã dicitur ꝙ paralogismi extra dictionem possunt solui per distinctiõez diuersarum habitudinum eiusdem rei. non tamẽ per distictionem alicuius propositionis multiplicis de qua distinctõe intelligitur in ꝓñti passu. et dictũ aristo. in secundo elẽchor̃ intelligitur de distictõe diuersar̃ habitudinũ eiusdem rei.

¶ Inter has aũt primo dicẽdũ ẽ de fallacia accidentis. Unde accñs put hic sumit̃ idem ẽ qd extraneũ in parte idẽ ⁊ in pte diuersũ. vt hic. hõ est spẽs. sortes est homo. ergo sortes est species. homo eni ẽ in pte idẽ cum specie. scilicet quando arguitur pro re vniuersali. ⁊ in parte est diuersum a specie. s. qñ sumitur pro suppositis. Notadũ ꝙ in fallacia accidẽtis sũt ista tria. s. accidẽs ⁊ res subiecta ⁊ attributũ. exẽpluz. vt hõ est species. sortes ẽ homo. ergo sortes est species. hoc medium homo est res subiecta. ⁊ minor extrẽita s ẽ accñs. ⁊ maior extremitas est attributum.

